

sambuci

herbar. cochleariæ

nasturtij aquat. an. M. f.

Incidantur & contundantur, indanturque sacerculo, quo filo intertexto, & in aqua cocto, calidè bis aut ter quotidie applicetur.

Post fotum totum latus vnguento meo ad splenes induratos, inunxi, Emplastrumque meum de Cicuta supra alutam extensem, applicui. Hisce scirrho emollito, sequentem potiunculam propinavi.

& confect. Hamech 3*iiij.*

extracti Ellebori nigri gr. v*j.*

aquaæ cinamomi 3*f.s.*

Potio.

Cū decocto præscripto fiat potiuncula, quæ sumatur matutino tempore.

Corpore hac potionē tam per superiora, quæ inferiora, (absque tamen vlla violentia) probè exurgato, maximum leuamen persensit. Euomuit enim multum humoris adusti, nigri & melancholici, proculdubio ab elleboro ventriculum versus attracti. Quapropter ne imperfectum relinqueremus opus incœptum, denuò apozematis præscripti doses sex, vel septem exhibui, interim quoque fomentationibus, inunctionibus & emplastro præscripto usi sumus. Per interualla quoque potiunculam ex confectione hamech, & extracto Ellebori propinavi. Sic diuino fauore plenissimè conualuit, multisque deinceps annos incolmis superuixit.

O B S E R -